



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventurae Episcopi Cardinalis Albanensis,
Seraph. Doctoris Ecclesiae, Speculum Disciplinae, Et
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>
Bonaventura <Heiliger>**

Antverpiæ, 1591

De actione. Cap. IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53148)

De actione.

CAP. IX.

In omni
actione
tria obser-
uanda.
Illicitum.

Indecens.

1. Cor. 10,
31.

Rom. 2, 23

Inexpe-
diens.

ACTIO in tribus debet esse circumspccta, vt sit meritoria. Primò, an liceat. Secùdò, an deceat. Tertio, an expediat. Illicitum est omne quod est contra Dei præcepta, vel ecclesiastica instituta, vel contra voti proprii spon- sionem discretam : vt est votum continentia, obediẽtiæ & abdicationis proprietatis, & alio- rum sub voto comprehensorum. Indecens est, quod non bonam speciem præterdit, & color- em illiciti habet, etiam si non expressam ha- beat veritatem, vt omne scandalum, & quod alicuius vitij vel peccati notam habere vide- tur, & secundùm statum agentis incõueniens iudicatur. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. Seruo Dei vitandum est, ne percu- tiant conscientias infirmorum exemplo minus ædificatorio, & Dominum inhonoret : quia indisciplina famulorum, redundat in con- fusionem dominorum suorum. Gloriaris in Deo quasi seruus in domino : & per præuari- cationem legis Deũ inhonoras. Nomen enim Dei per vos blasphematur inter Gentes. Inex- pediens est, quod caret fructu vtilitatis. Va- cuus in cõspectu Domini apparet, cuius actio fructu piæ vtilitatis caret : sicut ramus arefc- ctus in arbore, & lignum infructuosum in vi- nea vel pomœrio. Deus namq; qui omnes lar- gè remunerare desiderat, tot occasiones homi- ni merendi prouidit, & tot actiones merito- riæ ei ostendit, quòd stultus & meritò pu- niendus est, qui his neglectis inutilia & in- fructuosa sectatur: veluti si quis hortum ple- num nobilibus fructibus ingrediens, sola vilia & amara carperet & nociua.

De